

ma dispositio formam contrariam dicitur expellere, & ei est in-

compossibilis. Ad ultimum negatur assumptum quoad utramque partem, penitentie namque non est Deo accepta in solutionem penae, & compensationem offensae, nisi ex eius ordinatione, qua statuit placari per tale obsequium & poenam aeternam commutare in temporalem ex meritis Christi; unde non ex natura rei talem producit effectum, sed tantum moraliter, neque id facit formaliter, sed dispositivè, gratia vero id facit formaliter, cum ipsa sit unica forma iustificans.

231. Secundò arguitur contra secundam assertionem, in qua diximus, contritionem non causare peccati remissionem in genere causae formalis, sed tantum moralis dispositivae; nam plura extant factae Scripturae testimonia, & S. Patrum, in quibus dilectioni, & contritioni tribuitur sanctitas, & remissio peccatorum. Confirmatur, quia peccatum mortale formaliter deturpat animam, ergo contritio formaliter eam sanctificat. Denique contritio, ut prope dilectio benevolentiae Dei est formaliter adhaesio, & coniunctio perfectissima cum Deo dilectio; ergo est forma, hominem contritum ex se constituens coniunctum cum Deo amato, & ipsi carum, & misericors proinde est forma ex se formaliter hominem sanctificans. Resp. ex dictis lib. 2. d. 7. de Iustificatione q. 2. art. 2. loca illa explicanda esse, & intelligenda de causalitate per modum dispositionis moralis, quia ex divina institutione infallibiliter sanctitatem inducit, non vero de causalitate per modum formae.

Ad Confir. negatur consequentia, quia plus requiritur ad constituendum, quam ad desistendum, plus ad resurgendum, quam ad cadendum, & plus ad satisfaciendum, quam ad offendendum, alioquin argumentum quoque probaret, contritionem se sola omnem abolere poenam reatum, sicut peccatum se solo poenam aeternam reatum inducit. Ad ultimum negatur assumptum, quia licet ex vi actus dilectionis homo non comparetur Deo, ut obediunt odii, & displicentiae, sed amoris, & complacentiae; adhuc tamen talis dilectio ad veram amicitiam non sufficit, & perfectam cum Deo coniunctionem, quia in amico patet amor, quo diligit amicum, requiritur etiam fundamentum dignitatis, & bonitatis, quo redametur ab amico, quod fundamentum modo de facto non habet homo per solum Dei dilectionem, sed per habitum gratiae infusum, sine quo maneret indignus, vel scelerem non dignus Amicitia Deo non obstante actu dilectionis, ut fuse declaratum est lib. 2. Quod si contentas ad Deo redamandum esse, plane non eum amaret amore illo, quo diligit filios adoptivos, & suae naturae participes, quod fit per gratiam sanctificantem, sed alio amore multo inferiori; alia argumenta vide soluta loc. cit.

232. Tertiò obicitur contra tertiam assertionem, in qua diximus, remissionem perfectam, id est, contritionem esse dispositionem ad gratiam iustificatam per modum meriti de congruo; hoc enim repugnat omnibus Scripturae locis, in quibus dicitur, hominem gratis iustificari, & Concilii Trident. sess. 6. can. 3. sess. 14. per totam, ubi docet, contritionem ex omni parte consideratam esse donum Dei; & scilicet, tam ex parte principii preventivis, quam ex parte principii adiuvantis.

Confirmatur, quia hic loquendi modus ad Semipelagianismum accedere videtur, nam ipsi quoque gratiae necessitatem ad mittebant, ut a Pelagio differret, sed dicebant, hominem posse sibi eam mereri; at non poterant dicere de condigno, quia cum sit principium meriti non potest cadere sub merito; ergo loquebantur de merito de congruo. Tandem, quia hac ratione etiam imperfecta penitentia, nempe attritio ex timore gehennae elicita, dici posset meritum de congruo in ordine ad iustificationem.

Responsio Scripturae testimonia loqui de merito de condigno sub quo iustificatio cadere non potest, ut dictum est in conclusione probanda, non autem de merito de congruo; & licet contritio fit donum Dei, est tamen cum hominis cooperatione, id est, cum motu liberi arbitrii divinae vocationis, & gratiae adiuvantis correspondens quod sufficit ad meritum de congruo.

Ad Confir. negatur assumptum, quia Semipelagianis dicebant, hominem virtibus suis naturalibus primam gratiam vel actualem, vel habituales mereri posse, quod non assertimus, sed tantum dicimus, hominem auxilio supernaturali preventum, & adiutum auctus penitentiae salutare elicere posse, qui de congruo tantum; ut dispositiones ad iustificationem, a Deo acceptari mereantur. Ad ultimum negatur consequentia, quia contritio est dispositio proxima, & efficax infallibiliter ponens effectum ex Dei promissione, non sic attritio, quae est dispositio valde remota, & non est efficax, nisi iungatur cum sacramento, & ideo per se sumpta nomen meriti de congruo sibi non vendicat, nisi valde imperfectè, & remotè.

233. Quarto obicitur contra quartam conclusionem, in qua diximus contritionem esse dispositivam per modum meriti de congruo, Nam vel intuitu contritionis Deus de potentia ordinaria debet dare gratiam, vel non; primum dici non potest, quia tunc esset meritum de condigno, quod est falsum, quia prima gratia non cadit sub merito, sed secundum habetur intentum; quia non esset modum

infallibile & dispositio efficax respectu illius, atque ita neque causa dispositiva, aut meritoria gratiae ullo modo. Confir. quia si intuitu contritionis Deus tenetur dare gratiam gratis, diceretur non dari per modum mercedis, & praemii, atque ita esset causa meritoria de condigno respectu illius, quod est haereticum. Demum gratia est donum omnino super naturalis; ergo nequit meritorie causari a contritione, quae est illi inproportionata.

Resp. intuitu contritionis Deum teneri gratiam dare, neque ob id esse meritum de condigno respectu illius, quia non tenetur ex debito iustitiae, sed tantum ex debito fidelitatis ex illa promissione facta penitentibus: In quacunque hora ingemuerit peccator, &c. Dices, in utroque debito intercedere pactum, nam ex natura rei non inducitur in Deo, cum creatura Deum obligare nequeat, ergo quaecumque ponatur hoc debitum in Deo dandi gratiam, posita contritione, erit contritio rigorose meritum de condigno respectu illius. Negatur consequentia, quia longe diversum est pactum, quod requirit meritum de condigno ab eo, quod requirit meritum de congruo, ut dictum est lib. 3. d. 3. q. 1. explicando naturam utriusque meriti; meritum namque de congruo requirit pactum tantum de dando aliquid per modum doni homini potenti; at meritum de condigno non tantum requirit pactum de dando, sed etiam de retribuendo per modum mercedis, & praemii, ideoque tale pactum non tan tam inducit debitum fidelitatis, sed etiam iustitiae.

Ad Confir. negatur obiectio, quia meritum de condigno inducit nedum debitum implendi promissionem, quod dicitur debitum fidelitatis, sed debitum etiam iustitiae; hoc autem meritum solum reperitur in iusto; cum enim iustus ratione gratiae habitus sit filius Dei adoptivus, & habeat participationem divinae naturae, arguitur aliquam cum Deo aequalitatem, Deus ex iustitia, licet cum pacto, et retribuit intuitu operum per modum mercedis, & praemii; quod non evenit in peccatore, cum contritio, & ideo Deus ei non retribuit, sed donat gratiam, respectu cuius non habet, nisi meritum de congruo, quod inducit solum debitum fidelitatis, scilicet implendi promissionem, non iustitiae, eo quod Deus penitentem gratiam promittit, quae omnia late explicata sunt lib. 2. Ad ultimum negatur, contritionem esse omnino inproportionatam, ad gratiam impetrandam, est enim moraliter proportionata propter adiutorium supernaturalis, cuius opae efficaciter, unde non est actus solus naturae virtutis elicitus, sed est supernaturalis ratione auxilii, tum preventivis, tum adiuvantis.

234. Quintò obicitur contra quintam conclusionem, in qua diximus, quod licet virtute penitentiae de facto omnia peccata mortalia simul de facto remittantur, de potentia tamen absoluta unum sine alio remitti potest. Nam nullum peccatum mortale potest sine gratia remitti, sed hoc cum nullo mortali stare potest, ergo non potest unum remitti, quin etiam reliqua remittantur.

Confir. quia Deus non potest remittere peccatum, nisi eum diligendo, nec potest eum diligere, nisi sit bonus, aut faciat eum bonum. Tandem quia non potest Deus alicui peccata dimittere, nisi eum in suam amicitiam recipiat, non potest autem sic recipere, nisi omnia, & singula peccata mortalia ei remittat.

Resp. negando maiorem ex iam dictis in illius conclusionis probatione, nam Deus absolute loquendo potest peccata dimittere absque infusione gratiae sanctificantis, & absque ulla forma intrinsicæ per solum extrinsecam condonationem, cum enim peccatum habituale solum in aliquo mortali consistat, non videtur necessarium, quod postea præcisè tolli per physicam aliquam actionem, aut formam sine huiusmodi condonatione, quam solum ad sui remissionem ex sui natura requirit, cum quia si sic homines sibi mutuo remittunt offensas, sic etiam posset remittere Deus; Negatur etiam minor, quia de potentia Dei absoluta loquendo, peccatum cum gratia stare potest ex dictis dis. 6. de iustificatione q. 2. unde etiam de facto gratia non iustificat physicè, & ex natura rei, sed tantum moraliter, & ex ordinatione divina, & sic absolute loquendo etiam per gratiam infusionem posset unum peccatum sine alio remittere, quia gratia peccati non delet, nisi accedente extrinseca condonatione, & favore divino, posset (inquam) unum peccatum sine alio remittere infundendo eam qualestem, quae nunc habet rationem gratiae sanctificantis, quamvis eam tunc non haberet ita universalem, quia non iustificaret, sicut modò ab omnibus peccatis.

Ad Confir. dico, quod etiam in tali casu Deus vere peccatorem diligeret, dum et peccata dicto modo remitteret, non quidem ea ratione, qua suos amicos diligit, sed ea ratione, quae generatim dicitur diligere omnes, quibus voluit aliquid bonum; maximum enim bonum adhuc Deus ei vellet, quod ab aliquo peccato liberaret licet non à reliquis. Ad ultimum negatur, de potentia absoluta loquendo, non posse Deum alicui peccata remittere, nisi eum in suam amicitiam recipiat.

Dices, Deum neminem posse diligere, nisi eum ad suam amicitiam assumat, & positivum bonum conferat; remissio autem peccati est signum dilectionis, ergo, &c. Negatur assumptum, loquendo de dilectione generatim sumpta non explicata. Dices rursus, contritio non potest esse effectus unum peccatum, nisi sit circa omnia; contritus enim equaliter est dispositus ad remissionem omnium peccatorum

eorum respiciendam; ergo nequit contritio unum peccatum remitti sine alio. Resp. concessio antecedente negando consequentiam, quia contritio non est per se sufficiens ad deletionem peccati formaliter, sed tantum dispositivè, neque per modum meriti de condigno, sed tantum de congruo, & ideo absolute loquendo Deus etiam contritio peccatum ex pura liberalitate dimittit, quare sicut absolute loquendo posset ei nullum peccatum remittere, ita posset remittere unum sine alio, nam simultanea connexio remissionis omnium peccatorum pendet à similitudine vi praesentis, providentiae, non autem ex natura rei, quasi ex vi alterius providentiae aliter contingere nequeat.

235. Sextò obicitur contra sextam conclusionem, in qua statimus, virtute penitentiae simul cum culpa poenam aeternam remitti non tamen semper temporalem. Quia si potest contritio tollere culpam, & poenam aeternam, à fortiori omnem quoque temporalem tollere.

Confir. quia repugnare videtur, Deum totam culpam remittere, & aliam poenam relinquere, nam pena dicitur essentialiter respectu ad culpam. Denique quia non videtur explicabile, quo pacto Deus remittendo poenam aeternam, iniungat temporalem, & cur hoc privilegium sacramento baptismi conveniat, non vero penitentiae.

Resp. negando, contritionem remittere culpam, & poenam aeternam formaliter, hoc enim facit Deus gratis postea contritionem, ut dispositionem, & merito tantum de congruo; & ideo non sequitur, quod si Deus contritionis intuitu poenam aeternam remittit, etiam temporalem remittere debet, quia hoc à contritione formaliter non pendet, sed tantum à voluntate Dei, cui placuit poenam aeternam commutare in temporalem.

Ad Confir. negatur assumptum, ut patet ex dictis in probatione conclusionis, & cum. 2. 5. ubi dictum est, poenam aeternam, & temporalem esse omnino alterius rationis, quia haec cum possibilibus cum gratia, illa non, haec dicitur pena satisfactoria, illa vero damnationis; haec tandem non habet rationem culpae, illa vero utriusque, quae est proprie reatus culpa. Ad ultimum dico, satis explicatum fuisse in probatione conclusionis, quo pacto Deus remittendo poenam aeternam iniungat temporalem, & exemplo etiam ex offensis humanis deducto declaratum fuisse, in quibus remissa tota offensae per acceptationem in amicitiam adhuc solet offensus aliquam satisfactionem ab offendente exigere ad resarcendum ius laesum publice iustitiae. Et fuit etiam conveniens quoad hoc esse differentiam, inter baptismum, & penitentiam, ut per illum simul cum culpa tota deleteretur poena etiam temporalis aeternis vitæ in Purgatorio luenda, non vero per penitentiam; quia Baptismus est prima tabula post naufragium, sive regeneratio quadam, & novae vitae inchoatio, ubi homo efficitur nova creatura; Non quae est secunda tabula post naufragium, sive per Sacramentum, sive per contritionem, sed convenientissimum fuit aliquid poenam temporalem exigere, tum ad coerendam hominum delicta, tum ad exercendum aliquid ius iustitiae rigorem, & simul cum misericordia iustitiam temperat, ut docet Trident. sess. 1. c. 18.

235. Septimò tandem obicitur contra id, quod in eadem conclusione addidimus, nec de potentia quidem absolute posse Deum remittere culpam, non remissio debito poenae aeternae. Nam culpa, & poena non sunt necessario connexae, ergo unum ab altero separari potest. Deinde quia manente culpa posset Deus condonare poenam aeternam, ergo vicium in manente poena posset condonare culpam. Tandem, quia ut multi docent, posset Deus hominem innocentem perpetuo cruciati afficere, cum sit absolutus Dominus omnium rerum.

Resp. aliud esse reatum, vel debitum poenae, & aliud ipsam poenam, culpa quidem potest à poena separari, id est, ab ipsa per se poenae poenae, non tamen à reatu, vel debito poenae, quia reatus poenae nihil aliud est, quam dignitas poenae; cum ergo homo iustus, & haeres vitae aeternae non possit esse dignus poena aeterna, non potest habere reatum poenae aeternae, atque ideo implicat, culpam remitti, non remissio poenae aeternae debito.

Ad secundum quamvis manente culpa posset Deus poenam aeternam condonare, id est, a peccatore talis poenae passionem non exigere; non tamen ob id condonata esset obligatio passivae debiti ad poenam aeternam, sed solum in tali casu diceretur Deus non exigere vellem solutionem talis debiti, unde pariter in eodem sensu negatur consequentia, quod manente poena, hoc est reatu, ac debito poenae, posset Deus condonare culpam, quia talis reatus poenae est ipse reatus culpa. Ad ultimum, quamvis praesè spectando potentiam Dei non repugnet ei illud facere, tamen spectando Dei iustitiam repugnat, ut constat ex verbis Aug. epist. 106. super istis relatis n. 24.

Sed instat Amicus L. c. potest simul stare debitum ad totam poenam peccati debitam cum remissione peccati venialis; ergo etiam poterit stare debitum ad totam poenam cum remissione peccati mortalis; Antecedens constat de remissione venialium in instanti mortis, in quo omnia peccata venialia remittuntur quoad totam culpam, tamen integro debito quoad poenam. Negatur assumptum cum eius probationem, saltem enim est in extinctione venialis culpae permanere debitum totius poenae temporariae, quam induxit veniale; hoc enim omnino extinguitur in extinctione ipsius cul-

paë & commutatur poena temporalis, quae illi debita erat, & equalis, in minorem, id est, brevior, & levior, quam non amplius dicitur poena damnationis, sed satisfactoria, nec in immediate, & proximè oritur ex peccato commisso, sed ex impositione sacerdotis, poenam temporalem majorem commutantis in minorem; quae etiam poenae sunt alterius, & alterius rationis, ut supra dictum est nu. 235. quam doctrinam de peccato veniali habituali late tradidimus lib. 2. disp. 6. de peccatis qu. 9. nu. 314. & 346. & 363.

QUESTIO NONA.

De remissione venialium peccatorum.

238. S. Opponendum est ex dictis lib. 2. disp. 6. cit. de peccato habituali, etiam ex peccato veniali causari in anima aliquam maculam, quae consistit non quidem in privatione alicuius gradus sanctitatis habitualis, quandoquidem sit cum ea compossibilis in quocumque gradu, sed vel in denominatione à precedenti culpa, vel aliquo alio ab ea moraliter relicto; & permanente, pro quo homo nondum condignè satisfecit, quae macula, & denominatio causa est, ut in homine aliquid sit, quod Deo displiceat, & quod impediatur aliquorum donorum collationem, & auxiliorum, quibus charitate, quam habet, serventis uteretur; Certum autem est, ut passim concedunt omnes, maculam peccati venialis sufficere tolli per contritionem formalem, vel saltem virtuales, ac etiam per attritionem cum sacramento, nam si haec sufficere ad maculam abstergendam peccati mortalis, tanto magis venialis; & nedum per sacramenta tolluntur, sed etiam per sacramentalia, quia sunt oratio Dominica, unio peccatoris, qua uti solemus, quando oramus, aspersio aquae benedictae, manducatio panis benedicti, largitio elemosynae, benedictio Episcopi, vel Abbatis &c. Sed difficultas est de modo, quo haec omnia maculam venialem tollant, & an praeter haec assignata dentur etiam alia media ad illam tollendam, adeo ut quamvis longè difficilior sit resurrectio à peccato mortali, quam à veniali, difficultas tamen est explicare, qualiter per penitentiam peccata venialia remittantur, si quidem de hoc quot capita, tot sententiae, ut constat articulis sequentibus.

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo remittantur venialia hominis iusti in hoc vita per penitentiam extra sacramentum.

239. Possimus loqui de remissione venialium hominis iusti, vel ex opere operantis, & extra sacramentum, vel de remissione eorumdem virtute sacramentali, etiam per sacramentalia, & quidem loquendo de eorum remissione ex opere operantis, & extra sacramentum. Prima sententia docet, ad hoc requiri contritionem formalem, & actualem, nec sufficere actum charitatis etiam ferventem, & intensum, quia in hac continetur tantum peccati venialis retractatio, quod cum charitate tam actuali, quam virtuali etiam intensa comparitur; pro qua sententia referri solent Alesius Durandus, Ricardus, Thomas de Argentina, Scilii antiquiores. Secunda docet, in homine iusto ad remissionem peccati venialis extra sacramentum requiri, vel actualem contritionem, vel saltem virtuales, ita Soto, Vasquez, Lugus, Beccanus, Casp. Averfa, & alii Recentiores pro ea citantes D. Th. qu. 87. art. 1. & D. Bon. d. 2. art. 1. q. 2. nomine virtuales penitentiae intelligentes ferventem amorem, Suarez verò t. 4. in 3. p. d. 11. sect. 2. dicit, in iustis extra sacramentum sufficere attritionem, quod priores non admittunt Ratio omnium est, quia requiritur retractatio peccati, quae nequit fieri nisi per penitentiam formalem, vel saltem virtuales. Tertia tandem sententia est Scoti 4. dist. 21. qu. 1. s. in ista quaest. lit. E. ubi ait, posse dici, quod peccatum veniale in ista vita remitti potest, non tantum per penitentiam interioriorem, vel exterioriorem, quia illa non est necessaria ad hoc, sed per aliquem actum Deo magis acceptum, quam peccatum veniale displiceat, & hoc vel reatum ab ipso operante ad peccatum veniale remittendum, vel non reatum ab ipso, sed à Deo acceptante in ordine ad illud; ita Doctor ibidem, quod est dicere, per satisfactionem Deo oblatam remitti veniale, quod satisfactio potest in quocumque actu bono aequivalente reperiri, modo tamen eum finem elicatur; & sequuntur ibidem Aretinus, Hieribarnes, Hiquicus, Brancatus, Faber, & alii Scotifilii.

240. Rursus ad assignandum quoniam modo, & quo causalitatis genere penitentia valeat ad remissionem peccatorum venialium, disputant Theologi, tan remittantur per penitentiam moraliter, sicut, vel etiam formaliter, & physicè; Quamvis autem hoc valere tantum moraliter per modum meriti, & dispositionis de congruo, quia Scripturae, Concilia, & Patres de omnibus peccatis in universum docent, remitti nobis gratis, & ideo petimus; Dimitte nobis debita nostra, tanquam beneficium in gratiis, quod ex Dei misericordia expectandum est, ita Soto, Valentia, Lugus, & alii. Ad Suarez, quamvis, & ipse affirmet, penitentiam non causare hunc effectum per modum formae physicæ, & causae formalis, sed tantum causalitatis moralis, ut supra dicebamus de remissione peccati mortalis; & at-

indè inferitur, nomine interioris poenitentiae intellexi de vera contritione formalem, vel virtuale, non vero attritionem, quia hæc foris sumpta non aequivalt sacramento, neq; illud continet in voto, vult ergo Doctor, peccatum veniale posse in hac vita remitti abique susceptione sacramenti penitentiae, & absque contritione formali, vel virtuali, per solum, scilicet, attritionem supernaturalem, seu alium actum æqualis valoris, quo revocatur actus parvus venialis: & hanc sententiam, ut de mente Doctor sequuntur Hiribarnes *disp. 19. fess. 4.* quam colligit ex textu citatis, & Hiquicus ibidem in Commentario, & alii Scotistæ.

Primo probatur cum Hiquico ex destructione oppositi fundamenti, quod erat, ad remissionem venialis necessarium esse gratiæ habitualis infusionem, vel antecedentem, vel concomitantem, nam veniale ex dictis privationem gratiæ non includit, & comparitur cum ipsa; ergo ad ejus remissionem non necessarium est gratiæ infusio requiritur; Tum quia per sacramentalia remittuntur, neque Ecclesia explicat, usum sacramentalium esse tantum pro justis, imò contrarium, ut in asperione aque benedictæ, que tam justis, quam peccatoribus communicatur, & ita communis videtur esse fidelium sensus, qui in susceptione sacramentalium, v. g. asperione aque benedictæ, benedictionis Episcopi &c. putant, etiam in statu peccati mortalis se à venialibus liberari, & hoc idem significavit D. August. in Enchirid. c. 17. cum inquit, *De quotidianis levibus culpis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfactio eorum enim est dicere, Pater noster &c. fidelium dicit, & non infirmorum, ut omnes comprehendat.* Tum etiam quia opus satisfactorium pro peccata temporalia factum in jullo non meretur ei gratiam, seu augmentum gratiæ, nisi excedat debitam satisfactionem pro venialibus, quia in penis, & premiis servatur justitia commutativa proportio, & æquitas; ergo quandoque opus justum bonum gratiam non meretur, sed tantum venialium remissionem, atque ita ad remissionem venialis etiam in jullo per opus bonum, neque ex conditione operis, neque ex necessitate remissionis, neque ex ratione satisfactionis gratiæ infusio existit, Tum tandem, quia etiam secundum Adversarios, & communem sententiam venialia remittuntur iustis post mortem in instanti separationis, sed tunc non infunditur aliqua gratia de novo; ergo ad remissionem venialium non semper est necessaria gratiæ habitualis infusio.

259 Deinde probatur ex destructione alterius fundamenti oppositi, sententiæ, quod sola attritio ad deletionem venialis non sufficit, nam ut arguit Hiribarnes *loc. cit.* ita se habet attritio respectu venialis, sicut se habet contritio respectu mortalis; sed hæc destruit mortale, ergo & illa veniale poterit delere; major probatur, quia sicut mortale est averio à rectitudine ardua, & necessaria ad salutem, & gratiæ conservatio est veniale est averio à rectitudine exigua, & utilis ad hanc conservacionem, si gratia adest, & sicut contritio æquivallet illi rectitudini eximia, & illam continet, sic etia attritio æquivallet rectitudini parvæ, & illam continet; ergo sicut contritio remissionem mortalis inducit efficienter per modum causæ moralis, & de congruo, ita attritio poterit servata proportione deletionem venialis inducere, & sicut contritio habet rationem meriti de congruo respectu deletionis mortalis, ita attritio habebit eandem respectu expiationis venialis. Neq; hæc opus est gratia gratum faciente, licet enim solum est principium meriti de condigno, sed gratia auxilians erit satis ad meritum de congruo; & sicut contritio posterior auxilians, & prior gratum faciente inducit moraliter, & meretur de congruo remissionem mortalis in ratione offensæ, ita talis casualitas, & congruentia moralis non sibi proveniat à gratia sanctificante, sed ab auxiliante, ita attritio, ut præcisè ab auxiliante proveniens poterit esse causa moralis remissionem venialis inducens de congruo, etiam si mortale remaneat; & demum sicut gratia auxilians parvum beneficii est, ut possit à Deo concedi inimico, quia hæc auxilia sunt omnibus communia, sic etiam remissio venialis poterit eidem concedi, ut effectus ab attritione proveniens.

Tandem aliam rationem ad idem inducit idem Auctor, que valde mihi aridet; remissio venialis non est majus bonum, nec efficacius contrarium respectu peccati mortalis, & inimicitia, quam veniale sit malum, & contrarium gratiæ, & amicitie Dei; sed veniale est adeo exiguum malum, ut compossibile sit cum gratia, & amicitia Dei supernaturali; ergo e contra remissio venialis erit adeo modicum bonum, & leve beneficium, ut stare possit cum inimicitia; & peccato mortali minor patet, probatur major, quia tantæ bonitatis est remissio venialis, quantæ malitiæ est offensæ ipsa venialis, & similitur tantum bonum est amicitia, & gratia quantum malum est inimicitia, & peccatum mortale; ergo sicut offensæ venialis de facto stat cum gratia, & amicitia Dei, sic pariter poterit remissio venialis stare cum inimicitia, & peccato mortali, nec ulla disparitas afferri poterit, que valeat.

Dices, disparitatem esse, quia peccatum veniale est offensæ levis, cum sit privatio alicujus rectitudinis non necessaria, sed utilis tantum ad salutem, & gratiæ conservacionem, & ideo stare potest cum gratia; remissio venialium est redintegratio ad familiaritatem Dei, que essentialiter supponit amicitiam ejusdem, nam talis remissio fieri nequit sine restitutione specialium auxiliorum, quibus homo

per peccata venialia voluntarie se privavit, hæc autem auxilia familiarissime hominem cum Deo fringunt, atque ideo venialium remissio hominem restituit ad perfectam familiaritatem cum Deo, quæ amicitiam ejusdem, necessario supponit, atque ideo implicat, eis remitti habitualem gratiam non habentibus, quam doctrinam de peccati venialis remissione nos quoque supra tradidimus *art. præced. n. 288.* in fine.

260 Fateor, meliorem disparitatem afferri non posse, nec potiorrem pro opposita sententia, que tamen adhuc non urget, si bene intelligatur; quando enim dicitur remissionem venialium esse redintegrationem ad Dei familiaritatem, que essentialiter amicitiam ejusdem supponit, hoc non est universaliter verum, sed tantum verificatur in jullo, cui dum per venialium remissionem restituitur auxilia, quibus per venialia se privavit, statim etiam ad familiaritatem Dei restituitur, quia talia auxilia ipsum in statu amicitie inveniunt, quem effectum in peccato producere nequeunt, quia in statu amicitie eum non reperitur. Itaque universaliter loquendo tam gratiæ justis, quam peccatoris remissio venialium fit per restitutionem quorundam auxiliorum, quibus homo per peccata venialia voluntarie se privavit; hæc autem auxiliorum restitutio diversa subjectionum statum diversos quoque fortitur effectus; nam si talis restitutio fiat iusto, hominem restituit ad perfectam Dei familiaritatem, quia ipsum invenit in statu gratiæ, & amicitie; si vero fiat peccatori de solis venialibus attritio, talem effectum producere nequit, sed alium longe inferiorem, quia ipsum invenit in statu inimicitie, & peccati, Neq; novum est, quod eadem causa ex diversis subjectionum diversis dispositionibus, in que agit, diversos quoque producat effectus secundarios; ut constat de Sole, qui per eundem calorem eam liquefacit, & lutum indurat; sic, inquam, in proposito eorumdem auxiliorum, & donorum restitutio, per quam veniale delere tam in jullo, quam in peccatore, licet in utriusq; eundem principium producat effectum, nempe venialium deletionem tamen eundem secundarium, nam in jullo ratione sui status inducit familiaritatem cum Deo, & facit ferventis utatur charitate, quæ habet, quæ effectus in luto peccatoris fortiri non potest ratione sui status; sed alii loque inferiorem, quæ doct. est valde notandi pro hujus difficultatis solutione.

In oppositum plura objicit Brancatus *loc. cit.* cum aliis Recentioribus, nam si sola sufficeret attritio in peccatore ad deletionem venialium, vel ipsa sufficeret ad justitiam, vel ex gratia, & liberalitate Dei; non primum, quia opus peccatoris non habet valorem morale ad illam satisfactionem pro culpa, juxta illud Pauli 1. Corint. 3. *si charitatem non habuerit nihil mihi prodest.* & Eccl. 24. *donum iniquorum non probat. Altitimus, neque in multitudine sacrificiorum propitiabitur;* ergo attritio in peccatore non habet valorem morale ad inducendam remissionem venialis ex justitia; neque securum dicit potest, quia nulla lex extat, aut promissio in Scriptura de hac re, & sufficientia.

Confirmatur, quia poenitentia vera debet esse de omnibus, *imprimè enim est, sperare à Deo dimittam veniam.* Nahum. 1. ergo sola poenitentia de venialibus sine poenitentia mortalium non sufficit pro illorum remissione, sicut neque contritio de aliquibus mortalibus, & non de omnibus venialibus pro eorum remissione, ut docet Scotus 4. d. 1. q. 1. lit. Ex D. August. quem ibi adducit. Tandem, quia poenitentia sufficiens ad peccati deletionem debet includere voluntatem placendi Deo in omnibus; hæc autem non adesse in sola poenitentia de venialibus relictiis mortalibus, nam non solum tunc peccator tale propositum non habet, nec talem voluntatem placendi Deo in omnibus, sed potius de facto habet oppositum, quia non dolens de mortalibus habet æqualiter Dei offensam habitualem, & exilimatorem complacens in ea, si dolens de aliis, de illa non doleret.

261 Resp. attritionem expellere veniale efficienter in genere, causa moralis, & per modum meriti de congruo; unde sicut Deus decrevit, ut peccas mortaliter debitor sit illius rectitudinis ardua, & honoris sibi sublati usque ad receptionem sacramenti poenitentie, vel usque ad elicicionem actus contritionis, & non ulterius; ita statuit, ut peccas venialiter esset debitor exigue rectitudinis, & modici honoris sibi subtrahati, quousque eliceret attritionem formalem, vel virtuale, & non amplius, quando autem Apostolus dixit, nullum opus valere sine charitate, sed nihil valere, *ly nihil* æquivallet huic termino *parvam*, quia nihil confert ad justificationem simpliciter, & acceptationem ad vitam æternam; quæ pariter quando Ecclesiasticus inquit, Deum non probare dona iniquorum; loquitur de probatione simpliciter, quæ est justificatio, & acceptatio ad vitam æternam, cum quo stat, ut ea adhuc approbare possit approbatione parva, & secundum quid; tanquam merita de congruo ad remissionem venialis.

Ad Confirmationem dico, illa Scriptura loca esse intelligenda de dimittenda venia mortalium, non autem de dimidia, si fiat cõparatio inter venialia, & mortalia, quia ista nullam habent connexionem ad invicem in remissione, unde sicut possunt mortalia deleri sine venialibus, ut diximus ab initio questionis, & omnes concedunt; ita nos dicimus, venialia posse deleri sine mortalibus, nam si quis

quis peccata sua detestaretur sunt gravis offensæ Dei, vel voluntatem suam habere placendi Deo in rebus gravibus, aut non displicendi in gravibus; sufficeret talis actus ad remissionem mortaliæ, non vero venialium, cum hujusmodi actus detestationis non habere sufficientem impossibilitatem cum venialibus, que sunt offensæ in minimis; si vero e contra venialia detestaretur, quatenus sunt leve offensa Dei, aut voluntatem habere placendi Deo in minimis sibi, non posset in gravibus tunc talis actus sufficere tantum ad remissionem venialium, non vero mortalium, quia talis actus non haberet sufficientem impossibilitatem cum mortalibus, que sunt de re gravi.

262 Ad ultimum, major valet de poenitentia requisita ad deletionem mortaliæ, hæc enim includere debet propositum non offendendi Deum de cetero formale, vel virtuale ad poenitentiam vero requisitam ad deletionem venialium tale propositum non est necessarium, sed sufficit, quod non habeat actualem complacentiam mortalium, cui si accidit actualis, & positiva displicentia venialium, hoc sufficit ad eorum remissionem; neque etiam est necessaria voluntas placendi Deo in omnibus ad deletionem venialium, imò neque etiam mortalium, alioquin non solum venialia non possent deleri sine mortalibus, sed nec etiam mortalia sine venialibus, quia voluntas generalis placendi Deo in omnibus, tam gravia, quam levia comprehendit; jam autem diximus ad deletionem mortaliæ sufficere voluntatem placendi Deo in rebus gravibus, etiam si ad minima non extendetur.

Dices, delictio talis semper est connexa cum vita, & perfecta anime sanitate, nam ut habet ex Scriptura, *quem Deus sanat per seculum.* & quando dixit Deus, *omnis iniquitatem ejus non recordabor,* statim subdit, *& vita vivet;* non ergo venialia sine mortalibus deleri possunt, sic etiam loquitur Conc. Trid. *fess. 6. cap. 7. d. 11.* inquit, justificacionem esse peccatorum remissionem, & renovationem interioris hominis per gratiam, hæc autem non adesse, si sola delerent venialia absque mortalibus.

Resp. Concil. ibi definire justificacionem impii adæquatam, & completam, hæc autem non esset talis, sed justificacio negativa, seu secundum quid à culpa veniali tantum; & sic etiam intelligenda sunt loca Scripturæ adducta, alioquin neque mortalia deleri possent sine venialibus, nam in rigore loquendo neque in eo casu posset peccator dici perfecte sanatus, si venialia peccata adhuc remanent.

ARTICULUS QUARTUS.

An veniale possit in alia vita dimitti, & quomodo.

263 Sermo est de peccato veniali, quia in mortale certum est, in alia vita dimitti non potest, illi enim non remissio debetur æterna punitione, & sermo est etiam de veniali quoad culpam, quia quoad poenam certum est in Purgatorio dimitti, quando in hac vita fuit quoad culpam remissum, quia ei correspondet poena temporalis non æterna. Negatur aliqui venialia post hæc vitam posse remitti, quia post hæc vitam non est tempus merendi, & satisfaciendi pro peccatis juxta illud Jo. 9. *Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est, veniet nox, quando nemo potest operari;* & ex verbis Eccl. 14. *ante obitum tuum operare justitiam, quia non est apud inferos invenire cibum, quoniam rationem profequitur ibid. Fab. Avet. Hiquicus, & præfereim Branc. *dist. 1. art. 13.**

Respondent Recentiores, post vitam non esse tempus merendi præmium essentialiter, esse tamen tempus satisfaciendi pro culpis venialibus, & satisfaciendi pro poenis, ac prout adus illos poenitentia, & charitatis, quos habet anima in Purgatorio, & post hæc vitam, non dici actus meritorios, quia non merentur aliquid præmium, sed actus justificativos, quia dimitunt solum culpam, nam actus retractandi peccatum habet ex natura sua, ut illud delet, sive in vita, sive post mortem statidibet tamen, hoc esse discernim autem culpam, & poenam, quod potest pro poena sola esse tolerantia satisfieri, quia poena natura sua est involuntaria, non potest autem pro culpa sine proprio actu peccatoris satisfieri, qui sicut peccatum essentialiter consistit in actione libera, ita timiti nequit sine opposita actione libera retractativa; quam totam doctrinam approbat quosq; Scot. ille *loc. cit.* ubi inquit, relatu in Scoti discursum nos turbare non debere; quia Doct. ubi loquitur de actu meritorio, vel de condigno, vel de congruo deletionem peccati, non sic precise loquendo, sed cum augmento gratiæ eo modo, quo in via remittitur, & condonatur ordinariè loquendo; non autem quasi quod simpliciter, & absolute repugnet illi statui aliquis actus meritorius etiam præmii saltem accidentaliter, quod nititur probare ex quibusdam Scoti verbis *1. dist. 7. q. 1.* in calce, ubi loquens de actibus damnatorum, & Beatorum inquit, quod potest concedi, quod possit esse culpa, non tamen proprie demeritoria, quia non elicitur à viatore, cuius solius est mereri, & demereri, quod magis proprie dici potest actus damnatorum, seu damnati, sicut ex alia parte actus beati, licet sit acceptabilis Deo, non tamen est proprie meritorius, sed magis actus beaticus; ita Doctor ibidem, ex quibus verbis Scoti ille deducit, Scutum concedere actus meritorios, & demeritorios, licet non proprie, in alio statu.

266 Sed hæc solutio seipsam destruit, quia repugnat omnino, actum illum poenitentia in Purgatorio elicitum esse justificativum, & non meritorium, cum nequeat alio modo inflicere, quæ demeritoria; nequit enim aliter habere effectum illum, nisi quia Deus intuitu illius contritionis vult delere peccatum, quod est dolere pro eam dispositivè, & meritoria, sive de congruo, sive de condigno, nam actus ille esset justificativus dispositivè, non ut causa principalis, ergo ut meritoria.

Confirmatur, quia actibus illis deberetur justificatio à culpis venialibus; ergo si ratio status eos non impedit, nihil ipsi deficit, *Med. in Quart. Sentent.*

in quo manebit in Purgatorio; quare fatendum est, posse veniale peccatum post hæc vitam dimitti; quæ ista sola remanet difficultas de modo, & quando post mortem remittantur, & de quo variè sunt modi dicendi, quorum principales tres, & magis sufficere sicut hinc examinandi.

264 Primus dicendi modus valde communis, & plausibilis tam apud Veteres, quam Recentiores est, quod peccatum veniale quoad culpam remittitur decedenti in charitate post hæc vitam per aliquem actum bonum conversionis animæ ad Deum, & detestationis venialium; ita quod anima in primo instanti separationis ejus à corpore potest habere ferventem actum dilectionis Dei, & contritionem etiam perfectam omnium præcedentium culparum, quia in eo instanti optime cognoscit statum suum, & ex expedita ad operandum, & ex parte Dei habet auxilium efficacissimum iuxta meritum suæ gratiæ, & ipsa statim sine mora operatur, & perfecte tendit in Deum, & avertitur ab omnibus venialibus, atque adeo ille actus sufficit, ut statim tollantur illa omnia peccata quoad culpam, ita Durandus, Bassolus, Paludanus, Ricardus, Almainus, quos sequitur tota Modenorum cætera, Henriquez, Suarez, Vasq. A. micus, Coninchius, Lugus, Becanus, Averra, Caspensis, & alii passim; quorū aliqui etiam dicunt, venialia deleri posse post mortem per actus contritionis, & charitatis factos in alia vita, scilicet, in Purgatorio aliquo tempore post separationem animæ à corpore, quæ ex natura rei necesse non est, ut in primo separationis instanti anima stimeliat sufficientem actum poenitentia pro suis venialibus; quæ dicendi modum sequitur ex nostris Auctor Controversarum inter Scotistas p. 2. *contr. 21.* ubi ait *concl. 3.* peccatum veniale etiam quoad culpam non tantum in Purgatorio deleri, sed etiam in Inferno, & hoc solum per actum, & motum liberi arbitrii, vel in ipsum peccatum, detestando illud, vel in Deum.

265 Hic dicendi modus Scotico non placet 4. d. 21. q. 1. ubi in fine questionis ante principium solutionem inquit, quod ponere in anima separata aliquem bonum motum, vel dispositionem, quæ de congruo, vel de condigno quis meretur deletionem culpæ venialis, non est consonum doctrinæ theologicae, que ponit statum illum immunem ab istis; & in re obscura magis recurrendum est ad regulas generales, & modum remissionis secundum legem ordinariam, quæ respicit opera Viatoris, quam aliquid statuendum contra legem, quæ non admittit statum merendi in alia vita, quia post mortem non est amplius tempus merendi, nec satisfaciendi, sed solum satisfaciendi, ut aperte colligitur ex testimonio Io. 9. iam citato ab initio questionis, *Operamini donec dies est, veniet nox, quando nemo potest operari;* & ex verbis Eccl. 14. *ante obitum tuum operare justitiam, quia non est apud inferos invenire cibum, quoniam rationem profequitur ibid. Fab. Avet. Hiquicus, & præfereim Branc. *dist. 1. art. 13.**

Respondent Recentiores, post vitam non esse tempus merendi præmium essentialiter, esse tamen tempus satisfaciendi pro culpis venialibus, & satisfaciendi pro poenis, ac prout adus illos poenitentia, & charitatis, quos habet anima in Purgatorio, & post hæc vitam, non dici actus meritorios, quia non merentur aliquid præmium, sed actus justificativos, quia dimitunt solum culpam, nam actus retractandi peccatum habet ex natura sua, ut illud delet, sive in vita, sive post mortem statidibet tamen, hoc esse discernim autem culpam, & poenam, quod potest pro poena sola esse tolerantia satisfieri, quia poena natura sua est involuntaria, non potest autem pro culpa sine proprio actu peccatoris satisfieri, qui sicut peccatum essentialiter consistit in actione libera, ita timiti nequit sine opposita actione libera retractativa; quam totam doctrinam approbat quosq; Scot. ille *loc. cit.* ubi inquit, relatu in Scoti discursum nos turbare non debere; quia Doct. ubi loquitur de actu meritorio, vel de condigno, vel de congruo deletionem peccati, non sic precise loquendo, sed cum augmento gratiæ eo modo, quo in via remittitur, & condonatur ordinariè loquendo; non autem quasi quod simpliciter, & absolute repugnet illi statui aliquis actus meritorius etiam præmii saltem accidentaliter, quod nititur probare ex quibusdam Scoti verbis *1. dist. 7. q. 1.* in calce, ubi loquens de actibus damnatorum, & Beatorum inquit, quod potest concedi, quod possit esse culpa, non tamen proprie demeritoria, quia non elicitur à viatore, cuius solius est mereri, & demereri, quod magis proprie dici potest actus damnatorum, seu damnati, sicut ex alia parte actus beati, licet sit acceptabilis Deo, non tamen est proprie meritorius, sed magis actus beaticus; ita Doctor ibidem, ex quibus verbis Scoti ille deducit, Scutum concedere actus meritorios, & demeritorios, licet non proprie, in alio statu.

266 Sed hæc solutio seipsam destruit, quia repugnat omnino, actum illum poenitentia in Purgatorio elicitum esse justificativum, & non meritorium, cum nequeat alio modo inflicere, quæ demeritoria; nequit enim aliter habere effectum illum, nisi quia Deus intuitu illius contritionis vult delere peccatum, quod est dolere pro eam dispositivè, & meritoria, sive de congruo, sive de condigno, nam actus ille esset justificativus dispositivè, non ut causa principalis, ergo ut meritoria.

Confirmatur, quia actibus illis deberetur justificatio à culpis venialibus; ergo si ratio status eos non impedit, nihil ipsi deficit, *Med. in Quart. Sentent.*

quin meritorii dicatur, & gratis omnino dicitur, ad usus illos talis effectum producere ex natura sua, ut in responsione innuitur, cum homo non possit esse deus physice seipsum iustificare, nec a mortalitate a venialium enim peccata dimittere, nisi solus Deus. Luc. 5. ergo per illos actus nequit peccata remissa obtineri, sive in hac vita, in alia vita dispositio, & meritorie. Denique per actus contritionis, & charitatis potest homo in alia vita delere venialia quoad culpam, potest etiam quoad penam, atque potest brevissime obtinere remissionem totius penae luende per multos annos, quod est falsum, probatur consequenter, quia in via per contritionem, & ferventem charitatem potest nedum culpa deleri, sed etiam pena illi debita, aliquando pars aliquando tota iuxta mensuram talium actuum; Nec rursus valet dispensatio, qua Recentiores afferre solent, quod in via contritio habet rationem meriti, ideoque potest peccata delere, nedum quoad culpam, sed etiam interdum quoad penam, in alia vita in qua nequaquam, quia ibi non habet rationem meriti. Non valet inquam, quia hoc solutio corrigitur ex dictis, & rursus principium petit, si enim contritio etiam in alia vita habet peccata, & effectum meriti, sicut in ista, sequitur necessarium, quod utrobique habeat rationem meriti, quia magis requiritur status in via remissio culpae, quam remissio penae, hanc enim omnes concedunt in alia vita, ergo si contritio in alia vita vim habet remittendi culpam, tanto magis remittendi penam, ut bene Blanc. arguit loc. cit.

267 Adhuc autem ab absurdum est, quod Scotista ille dicebat, etiam in Inferno talem venialis remissionem fieri posse per actum, & motum liberi arbitrii, vel ipsum peccatum, detestando illud, vel in Deum, cum se in 2. loco ab ipso citato ex illa psalmi auctoritate, *superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper*, deducit damnatos semper peccare, quia sunt in malo oblati, si ergo non est doctrina Theologica consonum absolute ponere in anima post mortem aliquem motum bonum, per quem tamen per dispositionem, vel meritum de congruo, vel de condigno deleatur veniale in purgatorio, quanto magis dissonum erit doctrina Theologica in Scoti sententia id etiam asserere in Inferno? Et rursus forsitan vanum, & chimericum est, quod Scotista ille dicebat, Doctorem ibi loqui de actu meritorio de congruo, vel de condigno deletionis peccati, non sic precise loquendo, sed cum augmento gratiae eo modo, quo in via remittitur; nam Doctorem ibi querit, an post hanc vitam possit aliquid peccatum remitti, si ergo questioni respondendo locutus fuisset de merito cum augmento gratiae eo modo, quo in vita remittitur, plane talis responsio fuisset omnino impertinens, quia omnes concedunt, tale meritum in alia vita dari non posse, loquitur ergo de merito simpliciter, & absolute loquendo. Tandem locus ab ipso adductus ex Scoto 2. diff. 7. qu. 11. in calce expressè contra ipsam militat, non enim solum Doctorem ibi dicit, in damnatis non esse culpam prout dementioriam, sed etiam rationem reddit, quia, scilicet, *non licet uti a viatore, cuius solus est mereri, & demereri*; si ergo solus Victoris est mereri, & demereri, iam in alia vita dari non poterit actus culpae venialis, delevit per modum meriti, & si id de mente Doctorem non potest hac ratione concedi in purgatorio, quia animae purgantes non sunt amplius viatrices, tanto minus id poterit concedi in Inferno.

268 Secundus modus dimitendi venialia post mortem assignatur in *Scoto* loc. cit. 1. sub E. & est, quod peccata venialia decedunt in charitate statim post mortem remittantur, non quidem per aliquem actum meritorium, quem habet iustus post mortem, ut prior dicens modus assererat, sed propter aliquem actum factum a iusto in vita acceptum a Deo ad remissionem venialium talis hominis statim post eius mortem, quamvis homo ille post mortem per actum proprium de novo non mereatur remissionem illorum venialium, idque suadet Doctorem, quia ad peccatum veniale delendum non requiritur necessarium penitentia, & displicentia formalis peccati, sed potest deleri per aliquem actum Deo magis gratum, quam actus peccati fuerit displicens; cum ergo in vita culpa venialis sic possit dimittere, supra dictum est, non est inconveniens dicere, quod etiam in primo instanti post mortem delatur per acceptationem operum illorum a Deo, licet iustus tunc non possit illa referre meritorie ad Deum pro illis culpis; cur autem Deus in vita prius illorum operum intuitu peccata venialia non deleverit, sed tantum in primo instanti post mortem, reddit rationem Doctorem, quia causa impediens, dum est impedita, non ponit effectum dum vero non est impedita, ponit; sed merita illius morientis in charitate essent causa sufficiens deletionis venialium illius, vel relata ab ipso; vel a Deo acceptante illa in ordine ad illud; si ergo non possit ille obicem, cōtinuando peccatum, in vita exire ei dimissa; si vero possit obicem, Deus in vita illa non dimisit, quia ergo post mortem non potest amplius obicem ponere, continuando in peccato, quia post mortem nemo amplius meretur, continuando peccatum, statim venialia remittuntur a Deo ob actum bonum, vel demerentem, & magis placitum Deo, quam veniale displicuerit; inquit itaque Doctorem, remittit utque venialia in primo instanti instanti, non per actum tunc elicium, ut precedens modus assererat, quia tunc homo est extra vitam, sed per merita facta in vita relata ab ipso meritis, vel a Deo ad remissionem venialium post mortem,

Hunc dicendi modum unice approbat Brancatus loc. cit. *encl. 7. n. 507.* quia si quia si quid impeditur, quin talia merita praecedentia possent ad hoc disponere, vel esse, quia tunc non sunt, & hoc oblat, quia esto non permanente physice, per mansit moraliter, & in Dei acceptatione; sicut dicitur de ipis meritis praecedentibus respectu gloriae; Vel id est, quia fuissent antea venialia delenda per illa; & neque id obicit, nam ideo non disponunt ad delendum antea, quia supponitur, ne de veniale veniale veniat, quando autem adest obicem, peduntur, ne de veniale veniale veniat, quando autem adest obicem, possunt hunc effectum causare. Vel tandem id est, quia ut ait Recentiores cum Taquez, requiritur retractatio voluntatis, seu eius rectificatio post retractationem, & neque id obicit, quia, ut ait Brancatus, nunquam poterit assignari rectificatio ista in voluntate Martyris, qui cum venialia tantum meretur pro fidei, si enim supponamus, Martyrem iam esse paratum ad mortem pro fide subeundam, & ante tempus martyrii in aliquo veniale incidat, & postea ex improvise vel dormiens occidatur absque ulla illius venialia retractatione, plane tunc non daretur in Martyre rectificatio illa nova, vel retractatio post contritionem, & charitatem neque ante mortem, nec post, quia statim in Caelum evolaret, & tamen illa venialia culpa, & eius poena martyri dimitteretur, ergo nulla est necessitas talis retractationis in omni casu, sed aliquando potest per alium suppleri, hoc autem nequit esse, nisi meritum praecedens, vel ab eo applicatum pro necessitatibus occurrentibus praeterit mortis, vel a Deo sic acceptatum absque applicatione morientis.

269 Sed hunc dicendi modum ex professo a Scoto assignatum impugnatur Scotista ille *controver. 2. c. contrav. 7.* ut omnino a mente Doctorem alienum; non enim videtur rationale, Deum differre praemium debitum de condigno ipsi merenti commensurabile, statim visus utque ad instantis mortis, vel post mortem; vel ergo ille actus bonus fuit elicitus ante peccatum veniale, vel post veniale, si ante, ergo pro illo tunc praemium fuit praemio ibi correspondente, scilicet augmento gratiae; si post, ergo statim intuitu talis actus remitti debet peccatum jam commissum, cum tunc intelligatur indimentum jam cessasse, voluntatem, scilicet, amplius peccandi, aliter non potuisset pro tunc elicere actum meritorium, quia non stant simili, aliquid habere voluntatem peccandi, & posse mereri de condigno deletionem peccati; & hoc fuit argumentum Bas. solii *4. diff. 2. qu. 1. art. 2.* in fine.

Resp. Jam assignatum esse causam, in quo differri posse venialium remissio usque ad mortis instantis intuitu praecedentium meritorum, nil enim impedit, quin iustus, & quantumvis sanctus usque ad mortis instantis in peccato veniali perseveret, & possit Martyr cum reverentia charitatis, & martirii desiderio exponere morti, & inter venialiter peccare, vel in praecedenti peccato complacere, & subito occidit; & tunc remissio venialis fiet, non in Purgatorio, neque ante mortem, quia aderat obicem, ergo in primo mortis instanti, scilicet non differret praemium, scilicet remissio peccati, quia daretur in instanti mortis post peccatum in ultimo vite commissum, vel cōtinuatum; & omnino falsum est, actum meritorium elici non posse cum voluntate peccandi venialiter, quia sicut peccatum veniale stat cum gratia in quocumque gradu, ita etiam stare potest cum quocumque actu bono, & ex charitate elicito, qui sit meritorius augmenti gratiae, licet non remissionis peccati venialis, quod adhuc in actu perseverare supponitur usque ad instantis mortis, dicere vero hunc secundum modum dimitendi venialia in alia vita non esse de mente Doctorem, sed solum primum jam relatum est omnino motus hunc per se Scotum intelligere, ut patet legenti textum, ubi clarissime huic secundum modum assignat, tanquam probabilem, & primum omnino reicit, ut improbabilem, & doctrina Theologica dissonam, quae actus meritorios, vel demeritorios in alia vita non admittit, nam status viae est una ex precipuis conditionibus ad meritum requisita, ut constat ex dictis *lib. 3. disp. de merito Christi qu. 1.*

270 Tertius dicendi modus, quo peccatum veniale potest in alia vita admitti, assignatur a Scoto *loc. cit.* & est per satisfactionem, seu solutionem totalis penae temporalis ad quam veniale ordinatur, ita ut nil aliud sit culpa venialis remissio in Purgatorio, quam solutio penae temporalis debita pro illa, quod ita declarat Doct. quia actus transactio culpa, quae manet, nihil est aliud, nisi reatus ad penam debitam, ille vero reatus peccati venialis non est nisi ad penam temporalem, ut constat ex dictis; ergo soluta pena temporalis in Purgatorio, quae provinciali debetur, culpa venialis erit remissa. Quem dicendi modum sequuntur veteres Scotista, & etiam Brancatus, Faber, Aretinus, Gavattius, & alii passim, paucis quibusdam exceptis ut pote conformem doctrinam, quam universim tradidit Doctorem de macula, & peccato habituali *4. d. 14. qu. 1. art. 1.* ubi docet, formale constitutum peccatoris esse reatum quendam, seu quandam obligationem ex actu peccaminoso contractam, qua statim ac aliquid peccat, sive mortaliter, sive venialiter, realiter obligatur ad penam peccato correspondentem, quousque pena illa soluta fuerit, quam germanam Scoti sententiam de peccato habituali, late declarat *visus lib. 2. disp. 7. qu. 3. art. 6. & seq.*

Verum quia non omnes Scotista hunc tertium dicendi modum a Scoto assignatum pro dimissione venialium in alia vita, eodem

eo tunc modo declarant, ideo ex dictis *loc. cit.* de habituali peccato advertendum est, quod cum ait Doct. peccatum veniale posse in Purgatorio dimittere per satisfactionem, seu solutionem totalis penae temporalis ad quam veniale ordinatur, per penae solutionem non esse precise intelligendam ipsius penae exhibitionem, & exactionem, nam hoc quoque datur in Inferno, ubi damnati penam temporalem luunt pro peccatis venialibus in hac vita commissis, & non remissionem, & tandem per satisfactionem talis pena finitur, & terminatur, cum sit temporalis, ut diximus *disp. 6. cit. de peccatis qu. 8.* & adhuc reatus culpe non dimittitur, sed perseverat ratione status, ut ibi dicitur *et. n. 230.* & ratio est, quia aliud est loqui de pena actuali pro veniali exhibitae, & illius de dignitate, & obligatione ad eam ex tali actu contractae, in qua proprie consistit reatus culpe, potest enim adhuc ista manere, culpa non retractata, etiam si pena semel sit sufficienter inflicta, & soluta, ut ibi diximus, & etiam postea dicemus; Quando ergo in presenti dicimus, veniale etiam quoad culpam posse in Purgatorio remitti pro solutionem totius penae temporalis illi debitam, non tantum intendimus solutionem ab illa actuali poena, sed etiam ad dignitatem, & obligationem ad eam, in qua precipue reatus culpe venialis consistit; adeoque soluta totali pena statuta pro venialibus in solum anima purgans ab actuali illa pena liberetur, sed etiam a debito, & obligatione ad illam, in qua consistit proprius culpe venialis reatus; & hanc venialium remissionem Patres aperte ducunt ex illa Apostoli auctoritate *1. Cor. 3.* ubi loquens de anima purgante inquit, *si salvus eris, quasi per ignem*, quibus verbis innuat, peccata venialia in Purgatorio dimittere per satisfactionem, & purgationem ignis non tantum quoad reatum penae, quae remanet ibi luenda pro peccatis in hac vita remissis, sive venialibus sive mortalibus, sed etiam quoad reatum culpae pro venialibus hic non dimissis, nam homini ibi salvi fieri per purgationem ignis precipue significat eius liberationem a culpa, & non tantum a pena; Et quando dicimus, deletionem venialium fieri per solutionem penae illi debite, non ita intelligendum est, quasi per tale solutionem ex seipso veniale destruat, sicut ex solutione pecunie aliquid debite destruitur debitum ab eo beneficio, & gratia creditoris dimittentis, sed ita intelligendum est, ut soluta pena venialis debita, intuitu illius solutionis per satisfactionem Deus culpam dimittat, hoc enim totum pendet ex ordinatione divina, ut Suarez iam concessit *tr. 5. disp. 7. sect. 3. n. 1.* ubi ait, peccatum illam solam penam mereri, sub qua lex est lata, licet veritatem sit, ad hoc quoque concurrere materia ipsius peccati, nam Deus, cum sit iustus, accomodat penam dignitatis culpe. Unde facta quaecumque solutio penae, adhuc latendum est, Deum remittere culpam, licet eius intuitu, itaque non a semetipso cessat culpa, neque per remissionem factam ab ipso solvitur poena, sed ipse Deus remittit eius intuitu; inquirat enim nostras ipse delet, unde dicebat per Iliam *43. ego sum, qui deleo iniquitates tuas, & alibi qui est, qui peccata deleat, nisi solus Deus.*

Itaque duo modi ultimi pro remissione venialium assignantur a Scoto *loc. cit.* tanquam aliorum probabiliores, & quidem hic ultimus etiam a D. Greg. assignatur *4. Decalog. cap. 39.* ubi dicit, *De quibusdam levibus culpis, si ante iudicium purgatorum ignis credendum est, aliter vero de remissione eorum per merita praecedentia confirmatur* ex Glossa D. Gregorii allata ab Alesis *qu. 15. in c. 3. art. 3. §. super dictum Matth. 12.* dicens, *Quaedam enim culpa in hoc saeculo relaxantur, quaedam vero parva in futuro, quae quidem post mortem gravant, sed dimituntur si homo bonis actibus in vita, ut ibi dimittantur, promeruit*; Alii quoque modi dimittendi post mortem venialium solent assignari, ut apud Recentiores videri potest, sed quia sunt minus probabiles, & nulla Patrum, vel Scripturae auctoritate funditi ideo dimituntur, ut inutiles.

ARTICULUS QUINTUS

Solvuntur Obiectiones contra praemissam doctrinam.

271 **C**ontra tertium modum assignatum pro dimissione venialium post hanc vitam in Purgatorio per satisfactionem, seu solutionem totalis penae temporalis, ad quam veniale ordinatur, arguit Branc. & Auctor controverfatarum inter Scotistas *loc. cit. 1. qu. 1. infra E.* non tamen ede mente eius, nam postquam illum assignavit, postea subdit, quod si iste modus non placet, quia Sancti distinguere videntur inter remissionem culpae cuiuscumque, & penae; & maxime inter remissionem culpae, & solutionem, penae debite illi culpa potest dici, quod venialia dimittantur post mortem, secundo quia iam supra assignato, quem postea docet, ut probabiliores, Conf. quia Doct. ibidem significat, non esse idem culpam remittere, & penam sibi debitam solvere, etiam loquendo de peccato veniali, quia contingere potest, ut in hac vita remittatur culpa venialis, solvendo solum penam in altera vita, ut deducitur ex eodem Scoto *ad disp. 18. qu. 1.* De quo loco sicut *et disp. 17. qu. 1. art. 1.* post peccatum submittere se Sacerdoti quoad abolitionem culpae, non tamen quoad taxationem, & relaxationem penae, sed quantum ad illam, vellemus se subdere manu Dei, vel hic in via, vel in Purgatorio; *Abid. in Quae Sentent.*

ergo peccator potest se submittere sacerdoti quoad remissionem culpae, reservando taxationem, & relaxationem penae apud Deum, iam clare apparet, hanc duo ad invicem fecerit. Denique alium afferunt loci ad idem probandum ex Scoto *4. diff. 13. qu. 1. sub P.* ubi inquit, quod si aliquid offensa in Regem correspondet precise secundum legem abscissio manus, si illam invidiam invidiam abscondit manus, satisfactur, & tantum sufficit Regi, quod secundum legem, & iustitiam non debet ab eo penam ulterius exigi, & tamen non recipit eum in gratiam, & amicitiam hanc Scotus quibus verbis clarissime separat remissionem culpae a solutione penae, & contra, quod non esset, si esset eadem proferus mutatio.

272 Ad primum iam diximus *lib. 3. disp. 6. de peccatis qu. 8. n. 372.* Doctorem *loc. cit.* proponere illum secundum respondendi modum propter eos, qui eius sententiam de peccato habituali sequi nolent, quod consistat in obligatione ad penam ex peccato commissio contracta; non autem quia a primo recedit, quem ibi assignavit, cum eo ibi utatur in solutione ad argumenta principalia, & alibi frequenter, unde sic dicendo nos monuit solum difficultatis, quae obijci potest, sequendo primum modum ab eo ibi propositum, quod scilicet, iuxta illum non exacte solvitur distinctio inter remissionem culpae cuiuscumque, & solutionem penae illi debite, quam tamen distinctionem Sancti videntur asserere.

Ad Confirmationem plura habet Gavattius *disp. 4. de sacrificio Missae qu. 2. n. 32.* ubi tandem cum Fabro *disp. 40. cap. 2.* concludit, quod cum Sancti distinguere videntur inter remissionem culpae, & solutionem penae, & Scotus eis subscribit *loc. cit.* explicandi sunt de peccato mortali, in quod dimissio culpae a solutione penae distinguitur, illa siquidem est commutatio penae aeternae in temporalem, quae vocatur remissio peccati mortalis; solutio autem penae est condonatio, vel exactio penae temporalis, in quam aeterna fuit commutata. Verum hanc solutionem *loc. cit.* rejecimus, ut omnino textui Scotico repugnantem, ac etiam veritatis, quia Sancti non tantum in peccato mortali distinguunt remissionem culpae a solutione penae temporalis, inquam aeterna commutatur, sed distinguere videntur, inquit Doctorem, inter remissionem culpae cuiuscumque, hoc est, etiam venialis, & solutionem poenae illi debite; Quare ibi conclusimus, etiam in ipso peccato veniali duplex malum distingui debere, & assignari, culpa scilicet, & poena; & consequenter duplicem remissionem, servata proportione, sicut in mortali; quando enim peccatum veniale remittitur per sacramenta, vel alio modo in hac vita non extinguitur tota poena illi debita, sed commutatur penae temporalis illi debita in minorem, & hac est remissio mali culpae, quod consistebat in obligatione ad penam temporalem culpae remissae condignam, & aequalem; rursus fit exactio alterius partis poenae remanentis, in quam facta est commutatio majoris poenae debite, hac est remissio mali poenae, quam distinctionem remissionis culpae, & remissionis poenae etiam in peccato veniali agnovit, & assignavit hoc eodem modo Aretinus *4. diff. 21. quest. 1. art. 3.* Quando itaque peccatum veniale in Purgatorio remittitur per totalem solutionem poenae ipsi debitam, dicitur remitti quoad culpam, & quando autem hic in via remittitur, id quoad culpam per commutationem totius poenae temporalis debite in minorem in hac, vel alia vita solvendam, exactio istius partis poenae remanentis in Purgatorio est remissio venialis precise quoad poenam. Ad ult. jam ultro concessimus, in quocumque peccato etiam veniali in remissionem culpae distinguuntur a solutione poenae, modo jam declarato, neque locus ille ex Scoto adductus faciat rem, nam illud exemplum ibi Doctorem adducit, ut ostendat, hominem in peccato poenae Deo satisficere pro poena sibi a Confessario imposita, quamvis satisfactio illa non esset placans, nec peccatorem Deo reconcilians, non autem ad probandum, remissionem culpae distinguuntur a solutione poenae.

273 Deinde arguit rationibus, quia sicut reatus culpe non est reatus poenae, ita solutio poenae non est solutio culpae, ergo hac tolli nequit per solutionem poenae, alioquin absque ullo Deo beneficio, & dimissione ipsamet solvens poenam in Purgatorio diceretur dimittere sibi culpam. Conf. nam in via solutio poenae non est deletio culpae, ergo nequam in Purgatorio; probatur assumptum, quia dimissio culpae est actus hominis, Demum solutio poenae in Purgatorio non est voluntaria, sed coacta, quod derogat, donec poena luat; ergo nequit delere culpam veniales. Consequenter probatur, siquidem inter ceteras condiciones, quas requirit tententia poenae, ut fiam fortitatur effectum, est ut voluntarie remeatur, alioquin etiam damnari possent solvere poenam, & dimissionem obtinere.

Resp. Jam ultro concessimus, esse etiam in peccato veniali reatum culpae distinguuntur a reatu poenae, hic enim in via potest remitti reatus culpae, & remanere reatus poenae hic vel in alia vita luenda, quae est pena partialis, & minor, in qua commutata est pena temporalis culpae remissae condigna, & aequalis, & in hoc sensu etiam solutio poenae non est solutio culpae, quia in Purgatorio solvi potest poena minor, quae remanet post solutionem, vel remissionem culpae hic in via, at si loquamur de solutione poenae totalis, & integra peccato veniali debite, negatur, solutionem poenae non esse solutionem culpae.

quia hac in sententia nostra formaliter constitit in obligatione ad totam penam temporalem culpae committit condignam, & aequalem, quae remitti potest vel per condonationem, & commutationem illius penae totalis in minorem, quo pacto remittitur hic in via; vel per solutionem illius totalis penae, & integratur fit in Purgatorio; Et quidem Scriptura non semel peccatum significat, non tantum nomine reus, sed etiam debiti, & obligatio ad satisfaciendum vel sustinendum penam pro culpa commissa, ut Matth. 5. vultus erit iudicio, reus erit gehenna, & Matth. 6. dimitte nobis debita nostra, id est, peccata, & preterit venialia; ut exponit Aug. Cyprian. & omnes alii de Oratione dominica agentes, & Actuum 8. in felle amaritudinis, & obligatio iniquitatis videtur esse, & alibi frequenter sic loquitur Scriptura intelligens per reatum obligationem ad penam, quam intendit esse culpam, ut proxime, & immediate ex peccato resultat.

Neque hic sequitur, absque illo Dei beneficio, & dimissione, solentem penam in Purgatorio sibi dimittere culpam, quia adhuc vult Deum esse qui illi peccata dimittit illius satisfationis intuitu, reddendum est n. 276. in fine; tum quia in Purgatorio anime alie valde iuvantur per suffragia indulgentiarum, & merita Christi eis applicata ad illas penas pariter tolerandas atque idcirco dici non potest, animas illas penam solventes sibi peccata dimittere absque illo Dei beneficio.

Ad Confirmationem, quando etiam antecedens admitteretur, adhuc esse neganda consequentia, quia ut ipse quoad Brancatus fatetur in fine illius art. 17. diversimode delectur veniale in via, & in Purgatorio, hic enim delectur per satisfationem proprie dictam, quia sumus in statu mendicantibus, ubi vero vel per satisfationem, vel per meritum precedentia in vita ad hunc finem relata ab ipso Deo; & licet solutio penae sit actus homo in non tamen fit sine beneficio, & adiutorio Dei, atque idcirco dimissio culpae non debet praescribi homini ad se ibi, penam illas toleranti, sed Deo principaliter.

274 Ad ult. negatur assumptum, quia licet anime non a se, sed ex Dei sententia in Infernum, vel Purgatorium detrahantur, hoc tamen interdum inter hos & illas, quod anime in Inferno damnatae imoventer, & omnino invito poenas tolerant, & cum remuneratione, unde licet per talem penam tolerantiam possit eis a Deo remitti pena venialis debita, quae temporalis est, non tamen culpa, at anime in Purgatorio existentes libenter, & patienter poenas tolerant, atque idcirco per talem penam solutionem eis a Deo remittitur non tantum penae venialis debita, sed etiam ipsa venialis culpa intuitu illius satisfationis; hic enim est quartus modus penitentiae a Scoto assignatus 4. dist. 14. q. 1. de secunda conclusione, etiam ad culpae delectionem sufficiens, ubi ait, quod poenitere hoc modo est penam sibi pro peccato suo inflictam patienter sustinere, & patet, quomodo hoc est penam tenere, quia non abjicere remunerando, unde committitur dicitur in hoc sensu sustinere, id est, sub actione agentis sibi poenam indulgentis, se illi conformando tenere, quem per attendi modum facti constat esse in Purgatorio, non tamen in Inferno; & hinc est, quod in Inferno potest veniale dimitti quoad penam tantum, non quoad culpam, ut dicitur lib. 2. dist. 6. q. 8. in Purgatorio autem quoad utrumque per satisfationem.

Tandem arguit, quia sicut nullus potest maculam peccati contrahere sub ratione culpae, nisi per actum liberum, & per averfionem a Deo, ita e contra non potest se liberare a peccato, nisi per actum propriae voluntatis in Deum convertatur, sed nisi voluntas peccatoris rectificetur, ergo per solam satisfationem culpa venialis in Purgatorio dimitti non potest.

Confirmatur, quia si per solam satisfationem potest veniale remitti, jam posset aliquis peccator penam sustinens remunerando, & contentendo, ab ipso peccato veniali absolvi, quod nequit concedi, quia per talem remuneracionem saltem venialiter peccaret, & ita poneret obicem ad remissionem. Denique quia iuxta hoc principium de remissione venialis in Purgatorio per solam satisfationem, posset quoque defendi, veniale etiam in Inferno remitti non tantum quoad penam, sed etiam quoad culpam.

275 Resp. non esse eodem modo discurrendum de remissione venialis in via, & in termino, in via namque certe habenda est de peccato commisso aliqua desertio saltem virtualis per actum voluntatis, quia sumus in statu mendicantibus, ubi sufficit libens, & voluntaria tolerantia poenae absque remuneracione, quae etiam est aliqua species desertionis, ad statum illum sufficiens pro peccati delectione. Ad Confirmationem negatur consequentia, quia licet ad penae solutionem sufficiat satisfactio, etiam involuntaria, & cum remuneracione tollerata, ut notat Doctor 4. d. 15. q. 1. sub P. & declarat exemplo illius, cui ob paratum delictum invito manus absceditur, hic enim sufficiens penam exolvit parati delicti, & nec debet ab eo poena ulterius exigi; hac tamen involuntaria, & coacta satisfactio cum remuneracione ad delectionem culpae non est sufficiens, talis autem non est satisfactio, per quam in Purgatorio venialia delentur, sed libens, & voluntaria, per quam in Purgatorio ad ultimum, non desinit satisfactio, qui ex eo principio deducunt, veniale etiam in Inferno dimitti non tantum quoad penam, sed etiam quoad culpam, ita Faber, Hiribarbes, & alii Scotistae pro-

babilius tamen est, posse veniale in Inferno dimitti tantum quoad poenam, quae temporalis est, non vero quoad culpam, quia satisfactio damnatorum omnino involuntaria est, atque coacta, atque ideo licet possit esse sufficiens ad poenam tollendam, cum enim in tali satisfactio servetur aequalitas iustitiae pro peccato puniendo, acceptanda videtur tanquam solutio sufficiens ad poenam tollendam, non tamen culpam, quia ad hoc ulterius requiritur, ut pena sit satisficiens tolerata, & sine murmuracione; ut ex professo declaratur est disp. 6. cit. de Peccatis q. 8. quomodo autem durante culpa inlaminatis peccati venialis possit cessare poena, & ordo ad eam, declaratur est ibidem praefertim n. 230. Itaque concludendum est, animas in Purgatorio existentibus veniale dimitti tum quoad culpam, tum quoad poenam, non per bonum actum voluntatis, quem habeant, ut asserbat primus dicendi modus art. 4. relatus; sed vel ad solutionem poenae temporalis debite, ut asserbat tertius dicendi modus; vel intuitu meritorum in vita praecedentium, ut asserbat secundus; si enim ante mortem fuit obex, ob quem delicti non poterunt illorum intuitu, cessante obice per separationem anime poterunt illa merita tale forci effectum, & uterque dicendi modus a Scoto approbatur loc. cit.

QUESTIO DECIMA.

An merita per peccatum mortificata per penitentiam reviviscant, & peccata dimissiva redeant formaliter per subsequentes peccatum.

275 Circa primam quaestiones partem supponendum est ex communis Theologorum, dari tria operum genera, viva, mortua, & mortificata; viva dicuntur, quae sunt ab homine in statu gratiae, & charitatis confuturo; ac proinde vim habent perducendi ad vitam aeternam; Mortua dicuntur, quae sunt ab homine, in statu peccati mortalis existentiae ac proinde vim non habent perducendi ad vitam aeternam. Mortificata tandem dicuntur eadem opera, quae prius viva fuerunt, quia facta sunt in gratia, superveniente autem peccato mortali extinguuntur, quatenus impedita manent, ne habeant suum effectum in homine; quia peccatum, quod in peccato manserit, non tamen est de operibus bonis, quia opera mala non sunt mortua, ac mortificata, quam potius mortifera, aut mortalia dicuntur, quia generant mortem animae; Quasio igitur est de operibus terti generis, scilicet, de operibus bonis ab homine iusto elicitis, mortificatis vero per subsequentes peccatum, & sensus est, an nostra opera bona, quae prius viva fuerunt, & postea per peccatum mortale superveniens mortificata remanent, possint iterum per penitentiam reviviscere, ita ut iterum vim habeant perducendi ad vitam aeternam; Et quidem per veram penitentiam omnia opera bona reviviscere, & omnia merita per peccatum subsequenter mortificata, est communis Theologorum consensus, ut late tradidimus lib. 2. dist. 7. de Infirmatione q. 10. cum Scoto 4. dist. 22. q. 1. art. 2. Adhuc tamen verum est, valde inter se differere Theologos in explicando, quomodo merita reviviscant, & gratia deperdit recuperetur, quas omnes difficultates loc. cit. ex professo tractavimus; ita ut nihil quoad hanc primam quaestiones partem addendum remaneat, cum omnia ad hunc punctum spectantibus sint ibi ad amicum discussa, & resoluta iuxta notam Doctoris sententiam.

276 Circa alteram quaestiones partem, an peccata semel per penitentiam remissa iterum redeant per subsequentes peccatum mortale, sensus est, an praedicta peccata redeant quoad culpam, & quoad poenam, & quoad reatum, seu dignitatem poenae, & in hoc sensu dicitur, non ratum de lege Dei ordinari, sed etiam de potentia absoluta; Et quidem quomvis de lege Dei ordinari loquendo communis sit Theologorum consensus, peccata semel remissa per subsequentes peccatum non redeant neque quoad culpam, neque quoad dignitatem poenae aeternae, ita ut eadem culpa aut obligatio ad penam redeat. Non deservunt tamen antiquiores, qui dixerunt, peccata remissa redire per quodvis peccatum mortale subsequentes; ita Hugo de S. Victoris, Gratianus, Guglielmus Parisiensis, quod etiam Magister sententiarum probabiliter putat; Alii vero apud D. Bonav. 4. dist. 22. art. 1. q. 1. dixerunt, peccata remissa redire, non per quodvis mortale subsequentes, sed per quatuor tantum genera peccatorum, quae sunt, odium fratrum, Apolloniae & sive contemptus Confessionis, & dolor de penitentia habita. Sed major adhuc extat difficultas, an saltem redire possint de potentia Dei absoluta. Negant Soto, Vasquez, Becanus, Caspensis, Averfa, & alii Recentiores, Affirmant Scotus 4. dist. 22. q. 1. art. 2. cum omnibus Scotistis Valentia, Suarez, Amicus, & probabiliter putant Coninchus, & alii Recentiores, & quilibet in hoc sensu agitari potest, vel de reddendo phyfici actus peccaminosi, an, scilicet, idem peccatum numero praeteritum redire possit, vel de reddendo morali, an scilicet, idem numero peccatum jam remissum redire possit, non quidem physicum, sed quoad intentionem actus, sed moraliter quoad imputabilitatem malitiae, ita ut verus censetur maculatus, & a Deo averfionem solum propter peccatum de novo commissum, sed etiam propter praeterita remissa.

ARTICULUS PRIMUS.

Quaestiones Resolutio de facto.

277 Primo Dicendum est de facto, utique merita per peccatum mortificata per penitentiam reviviscere; peccata tamen semel remissa per subsequentes peccatum non redire, neque quoad reatum culpae, neque quoad reatum poenae. Conclusio est communis Theologorum consensus contra Antiquiores relatos, & praefertim Scoti 4. dist. 22. q. 1. art. 2. & quidem quoad primam partem facti constat ex dictis lib. 2. dist. 7. de Infirmatione q. 10. quae hic repetere non oportet; Quoad secundam probat Doctor quibuslibet Scripturae locis, ut Nahum 1. non confurget duplex tribulatio, ubi legit septuaginta inter preses, non puniet Deus bis in idipsum, ac si peccatum semel remissum rediret, idem peccatum bis puniret, & duplex tribulatio conflueret. Et Ezch. 18. si impius egerit penitentiam, omnium iniquitatum eius, quos operatus est, non recordabor amplius, videretur autem Deus recordari si antiqua peccata revocaret. Et Michae propheta dicitur in profundum maris omnia peccata vestra, ubi per maris profunditatem peccata eorum oblivio significatur. Et Rom. 11. sine penitentia iuno dona dei, id est, nunquam Deum penitet donorum, neque revocatur, quae semel dedit, si autem rediret antiqua peccata, iam remissio peccatorum revocaretur, quae est maxime Dei donum. Et quomvis Becanus cap. 32. q. 1. dicat haec, & similia loca non convincere, quia possunt exponi de sola remissione praesenti, tamen addita communis Theologorum estimatione, & frequentis Doctorum expositione, ut Averfa q. 5. s. 2. valent ad suadendum, taliter peccata remittuntur penitentiam extingui, ut ita se habeat homo, ac si illa non fecisset, & ita non iterum redeant, sed hominis amplius impunitur. Denique id probat Doctor auctoritate Gelasii Papae, quae refertur cap. Divina de Penit. dist. 4. cap. si illi c. 23. q. 4. Divina clementia peccata semel remissa iterum in ultionem redire non patitur.

278 Sed obicit solent quidam Scripturae loca, quae significant, Deum recordari peccatorum quae remiserat, ut Psal. 78. Ne meminere iniquitatum nostrarum antiquarum, & Psal. 108. in memoria redeat iniquitas patrum eius. Dein et Matth. 18. parabola de servo nequam aperte ostendit, peccata redire, nam servus ille, cui Dominus remiserat universum debitum, postea traditus est tortoribus, quousque redderet universum debitum, iam remissum; Denique merita semel mortificata iterum reviviscunt per penitentiam; ergo etiam peccata remissa redire per consequens peccatum.

Resp. praedicta loca intelligenda non esse de reviviscencia culpae, aut poenae aeternae, sed de poena temporalis, quam Deus peccati differt, ita ut humano modo videatur oblitus; dicuntur vero rememorari, cum ea punit temporali poena, five sint peccata propria, five pariterum, quia soluta non erat condigna satisfactio. Ad parabolam de servo nequam ait Doctor loc. cit. in solutione ad 1. principale, per illam significatur, quod recidivus eidem pena damnationis adjudicatur, quia habuisset propter peccata propria iam dimissa, & equaliter, quantum ad durationem, non autem quantum ad intentionem, quo etiam modo explicat auctoritate Jacob. 2. qui in uno offendit factus est omnium reus, quantum scilicet, ad aeternam damnationem, quae est generalis poena omnium peccatorum mortalium, non autem quantum ad speciales gravitates singulorum iam remissorum; addit etiam, parabolam indicare antiqua peccata redire, non formaliter, & simpliciter quoad propriam culpam, & reatum poenae, sed secundum quid, & virtualiter ratione ingratitudinis, ut postea dicemus. Ad ultimum ait Doctor, magnam esse disparitatem inter merita, & demerita, quia merita per peccatum superveniens non delstruuntur, sed tantum impediuntur, ne habeant effectum in tali homine, ideoque sublato per penitentiam peccato, incipiunt rursum suum effectum habere, quod est reviviscere; peccata autem per gratiam sanctificantem non solum impediuntur, sed omnino delstruuntur, & ideo redire non possunt, & inquit Doctor, hanc esse superabundantem bonitatem, & misericordiam divinam, quia bona semper vivunt in ejus acceptatione, & semper efficit eius premii retribuenti, nisi esset indispotio recipientis propter novam culpam; sed mala totaliter ex ringuntur, itaque nec in se, nec in intellectu, vel voluntate divina remanent in ordine ad vindictam.

280 Secundo Dicendum est, peccata per penitentiam dimissa regredi per subsequentes peccatum secundum dictam rationem ingratitudinis per modum circumstantiae aggravantis. Haec etiam est communis, quam probat Doc. loc. cit. art. 3. quia quanto alius recipit ab alio beneficium sibi magis indeditum, tanto magis ei tenetur lege gratitudinis, etiam si beneficium acceptum sit minus, & per consequens magis si beneficium est aequale, sed existit in peccato mortali, nullus est Deus debitor, nisi poenae; igitur si sibi gratiam conferat, hoc erit donum maxime gratuite, & liberat datum, & preciose est gratitudo aequalis gratiae collatae alii innocenti, ergo iste ex lege gratitudinis est Deo specialiter obligatus propter hoc donum, adeo liberaliter collatum, & per consequens offendens peccatum donum, peccat contra eum propter ingratitudinem. Dixi autem, ob circumstantiam ingratitudinis in quocumque peccato repletam redire peccata dimissa tantum secundum quid, & virtualiter, non

vero formaliter, & simpliciter, quia circumstantia ingratitudinis, quamvis aliquo modo peccatum aggravet, quatenus magis ingratus est, qui peccat post remissionem acceptam multorum peccatorum; non addit tamen talis circumstantia speciem malitiam, nisi quando tale peccatum, in quo reperitur, in contemptum accepti beneficii expressè committitur, sicut neque in inobedientia specialis committitur peccatum, nisi quando non obediunt ex superioris contemptu, vel ex animo expresso ei non parendi, ergo in ingratitudine generali in quocumque peccato repleta specialis circumstantia non invenitur, ob quam peccata remissa redeant quoad malitiam specialem, & poenae reatus; & ita significavit Doctor loc. cit. art. 3. sub lit. P. cum inquit, quod isto modo jam explicato omni peccato conjungitur inobedientia, & contemptus, & odium Dei, & ingratitudo, & huiusmodi, non quod peccator tunc habeat actum pertinentem ad singula illorum, id est, expressam intentionem non parendi, affectum contemnedi beneficium, &c.

281 Hinc sequitur, nec propter circumstantiam ingratitudinis semper esse tantum reatum peccati subsequentis, quantum erat peccatorum praecedentium, quia ingratitudo solum auget subsequentis peccatum intra eandem speciem, sicut ergo subsequentes peccatum aliquando est inferioris, aliquando superioris speciei, quam erant praecedentia, sic etiam reatus illius aliquando est major, & aliquando minor; Nec etiam ratione ingratitudinis, quae per subsequentes peccatum incurrit, peccata commissa redeant, nec quantum ad culpam, nec quantum ad poenam, non quantum ad culpam, sed maculam, quia licet etiam hic in privatione gratiae ponatur, seu modo consistere, saltem connotative, & concomitante, dicit per subsequentes peccatum re vera redeat quoque privatio gratiae, tamen haec privatio rationem maculae habere non potest, nisi in quantum relata ad actuale peccatum de novo commissum, quatenus ex illo orta, & causata, siquidem non redit ex vi priorum peccatorum, sed tantum de novo provenit ex novo peccato, atque ideo maculae semel delata non redit. Nec etiam peccata remissa ratione ingratitudinis redeunt quantum ad poenam, eam scilicet, quae remissa fuit, nam illa poena comitatur culpam, & cum culpa recedit, & hoc non solum de poena sensus intelligendum est, sed etiam de poena damni; quia licet per peccatum subsequentes privationem gloriae in qua poena damni consistit, peccatum de novo incurrat, tamen privatio gloriae non est poena, nisi propter occurrere ex merito culpae, at homo de novo peccans privationem gloriae iterum non incurrit propter priora peccata, sed solum ob novum peccatum, sicut de privatione gratiae dictum est, ergo haec nova gloriae privatio jam non erit poena priorum peccatorum, sed tantum novi peccati post justificationem commissi. Adhuc tamen verum est, quod sicut in peccato sequenti gravatur malum culpae ratione circumstantiae ingratitudinis, ita etiam gravatur malum poenae, quoniam gravius peccatum major debetur poena tamen aeterna, quam temporalis, & hoc intelligendum est, non tantum de poena sensus, sed etiam de poena damni, non quantum ad id, quod primum, quia omnes damnatae aequaliter beatitudine privantur, sed quantum ad amaritudinem, & tristitiam sequentem hanc privationem, quae major est in uno quam in alio ratione gravitatis peccatorum.

282 Sed Dices, si Deus puniat hoc fecitulum peccatum gravius, quam puniret, si nulla praecessisset aliorum remissio, ratione circumstantiae ingratitudinis, quae per ipsum incurritur, sequeretur peccatum minus grave magis, vel aequè puniri, ac magis grave, quod divine iustitiae repugnans, consequentia probatur, quia gravior est homicidium, quam furtum, & iuxta praedictam doctrinam si furtum committatur per homicidium remissum, gravior puniretur, vel aequè, ac ipsum homicidium fuisse puniendum, si homicidium absque remissione moti contingeret.

Respondet Arctinus 4. dist. 22. q. 1. art. 3. praedictam conclusionem esse intelligendam ad hunc sensum, quod peccatum commissum post penitentiam sit gravius, non quocumque peccato remissio universaliter loquendo, sed alio peccato ejusdem speciei v. g. furtum commissum post homicidium dimissum est gravius ceteris paribus alio furtum, non tamen est gravius ipso homicidio jam dimisso, itaque fieri debet comparatio non cum peccato dimisso, sed cum alio ejusdem speciei; Verum nullum videm inveniendum, quod furtum commissum post homicidium dimissum dicatur illo gravius ratione circumstantiae ingratitudinis, quae est cum furtum annexa; sicut furtum rei sacrae, vel in loco sacro, licet ex objecto sit peccatum minus grave, quam sit homicidium, tamen ratione circumstantiae loci sacri dici potest gravius ex hoc capite ipso homicidio, & hoc universaliter verificatur in omnibus peccatis aeterna malitia ex circumstantiis contracta.

At hic insurgit dubium, an ratione ingratitudinis gravius sit peccatum post penitentiam commissum, vel post innocentiam; Divus Thomas quem sui sequuntur, 3. part. q. 88. art. 2. significat, gravius esse peccatum post penitentiam commissum, quam post innocentiam. Ratio est, quia ingratitudo non tantum spectatur ex parte doni, vel beneficii accepti, sed etiam ex parte accipientis illud; unde sicut ingratitudo tanto major est, quanto magis est donum, sed beneficium acceptum; sic etiam tanto major est, quanto magis indignus